UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1143. Usque Ad Annum 1176

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1762**

**VD18 90118014**

§. 14. Sacri Milites Franciæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-66377

Visual Library

Sæcul. XII. A.C. 1146.

ſimo quadrageſimo ſexto in diem decimam Martii incidebat, ordinavit. Tum varias ad rem confirmandam dedit Epiſtolas, primam ad Clericos populumque Tornacenſem, in qua cunctos hunc Epiſcopum ſuum venerari jubet, eosque a fidei juramento, ſi quo ſe Epiſcopo Noviomenſi obſtrinxiſſent, abſolvit. Altera Epiſtola, ad Regem Franciæ data, hortatur, ut conſecratum Epiſcopum Tornacenſem recipiat & tueatur.

*Eug. ep. 63. 64. & tom. 5. Spicil. p. 565.*

His duabus Epiſtolis dies decima quinta Martii appoſita eſt. Scripſit quoque Papa in eadem cauſa Theodorico, Flandriæ Comiti, Simoni Epiſcopo Noviomenſi, Samſoni Archiepiſco Remenſi, ceterisque illius provinciæ Epiſcopis. Nec operam perdidit; nam Anſelmus, nemine ſe opponente, in Sedem Tornacenſem receptus eſt. Hunc exitum habuit gravis cauſa, ante annos quinquaginta, Urbano II. Pontificatum gerente, moveri cœpta, atque exinde Eccleſia Tornacenſis a Noviomenſi ſeparata remanſit, quæ a S. Medardi ævo per annos deinde ſexcentos ei juncta fuerat.

*Sup. lib. LXIV. n. 48. Sup. lib. XXXII. n. 43.*

## §. XIV.

### *Sacri Milites Franciæ.*

*to. 10. Conc. p. 1100.*

Rex Ludovicus junior accepto a Papa tali, quale exoptabat, de profectione

ne Cruciata reſponſo, ampla Comitia Vezeliaci in Burgundia celebravit; ubi illa ætate S. Magdalenæ oſſa ſervari credebantur, quod Otto Friſingenſis teſtatum facit. Hic vero Conventus agebatur ad Feſtum Paſchæ, quod hoc anno milleſimo centeſimo quadrageſimo ſexto in diem trigeſimam primam Martii incidebat. Adfuere magno numero Epiſcopi & Principes Franciæ, atque cum compluribus Abbatibus S. Bernardo cura prædicandi expeditionem Cruciatam demandata. Is enim ad hoc officium præſtandum bis antea a Rege invitatus, acceptis quoque de hac re Papæ literis, operam tamen ſuam commodare recuſaverat, nec prius ad dicendum permoveri potuit, quam per literas Pontificis generales editas id diſerte juſſus. Quoniam vero Vezeliaci locus non erat, qui tantam hominum multitudinem, quanta confluxerat, caperet, extra caſtrum in campo fixus eſt Abbati ſuggeſtus ligneus, quem cum Rege conſcendit. Peroravit ergo feliciter, Rex quoque ad totam frequentiam verba fecit, lecta eſt Pontificis Epiſtola, & tandem omnes conclamare & Cruces expetere. Præparatus fuerat earum faſcis, quo brevi in petentes diſperſo, Bernardus veſtes ſuas in Cruces ſcindere easque dividere coactus eſt, multaque in illo die edidit mi-

Sæcul. XII. A.C. 1146.

*Otto Friſ. c. 36.*

*vit. lib. III.*

*Bern. ep. 432*

Sæcul. XII. A.C. 1146.

racula. Unacum Rege ſignum Crucis accepit Regina Alienora ejus conjux, plurimique Optimates, atque inter ceteros Alphonſus Comes S. Ægidii, & Toloſæ, Henricus filius Theobaldi Comitis Bleſarum & Campaniæ, Guido Comes Nivernenſis, & frater ipſius Reginaldus Comes Tornodori, Robertus Comes Drocarum *, Regis frater, & Ivo Comes Sueſſionenſis.

* Dreux

Inter Præſules nominantur, Simon Epiſcopus Noviomenſis, Geofridus Lingonenſis, & Arnulphus Lexovienſis.

Ut vero ſuſcipiendæ profectionis tempus & modus ſtatuerentur, alia Comitia ad Dominicam tertiam poſt Paſcha, diem vigeſimam primam Aprilis, indicta ſunt. Ad ea Petrus Abbas Cluniacenſis, vir, cujus conſilia neceſſaria videbantur, vocatus eſt. S. Bernardus quoque & Sugerius Abbas ad eum in hac cauſa literas dederunt, atque ex ipſius reſponſis diſpicimus, quantum in Eccleſiæ Orientalis periculo moveretur. Sed excuſavit, quod ad Conventum Carnotenſem venire non poſſet, tum ob male affectam valetudinem, tum quod Capitulum eadem die Cluniaci celebrandum indixiſſet. Amadæus quoque Archiepiſcopus Lugdunenſis & Geofridus Archiepiſcopus Bituricenſis ſe ſe excuſarunt, & Lugdunenſis quidem ideo abfuit, quod

*Lib. 2. p. 147.*

*Bern. ep.* 364

*Petr. 6. ep. 17. &c.*

*Duchesne hiſt. tom. 4. ep. 134. 135.*

quod ipſum Archiepiſcopus Senonenſis Primatem ſuum venerari detrectaret. Sæcul. XII. A.C.1146.

Cum vero Comitiis Carnotenſibus initium datum fuiſſet, omnes uno impetu S. Bernardum futurum Cruciatæ expeditionis Ducem proclamant; quod munus ipſe conſtanter a ſe amovit, idque data epiſtola Eugenio Papæ ſignificavit, in qua præterea hortatur, ut eo quo par eſſet zelo tantæ molis opus urgeret, & oblata occaſione duobus Eccleſiæ gladiis uteretur. *ep.* 256.

Nimirum illa verba Apoſtolorum ad Jeſum Chriſtum: *Domine, ecce duo gladii hic*, aliqui de duplici poteſtate accipienda eſſe putabant, de poteſtate temporali, quam dicebant gladium materialem, & de poteſtate Eccleſiaſtica, quam dicebant gladium Spiritualem. Porro in hoc ſenſu loquitur S. Bernardus cum in iſta epiſtola dicit: *Petri uterque eſt gladius, alter ipſius nutu, alter ipſius manu, quoties neceſſe eſt, evaginandus. Et quidem de illo, qui Petro minus conveniebat, dictum eſt: converte gladium tuum in vaginam, ergo & ille Petri erat, ſed non Petri manu utique educendus. Nunc vero tempus & opus eſſe exiſtimo, ambos gladios in defenſionem Eccleſiæ Orientis educere.* Hanc de duobus gladiis allegoriam, ſequenti tempore celebratiſſimam, jam ſemel antea

*Luc.* 22. 38.

*Joan.* 18. 11.

Ecce duo gladii hic. Luc. 22. *Geof. opuſc.* 4. *Sup. Lib. LXVII. n.* 23.

Sæcul. XII. A.C. 1146. antea in Scriptis Geofridi Vindocinenſis adnotavimus. S. Bernardus eam magis extendit, & in negotio, de quo hic agebatur nempe bello Sacro, exploratum eſt, quod Papa Principes Chriſtianos ad gladium materialem contra Infideles adhibendum excitaverit. Non autem docebat S. Bernardus, Principes absque Papæ licentia nullum bellum movere poſſe (*).

Tum

(*) Es iſt das zweytemal, daß in dieſen Kirchen-Geſchichten eine Meldung von den zweyen Schwerteren, Joannis am XVIII. Capitel, vorkömmt. Die Katholiken werden von den Proteſtanten beſchuldiget, als wenn ſie in der Kirche der Geiſtlichkeit mehr einräumten, als Chriſtus der HErr ihnen beygeleget hätte. Allein dieſe Beſchuldigung iſt ohne Grund.

Mosheim und Windheim ſagen in ihrem allgemeinen Kirchen-Rechte der Proteſtanten auf der 308. Seite. Es iſt zuförderſt deutlich genug, daß den Geiſtlichen das Recht über das Volk zu herrſchen abgeſprochen iſt. Die Stellen der Schrift ſind davon ſehr deutlich.

Antwort: Das geſtehen alle Katholiken. Nun wollen wir aber hören, was hierauf Windheim der römiſchen Kirche andichtet. Er ſaget auf der folgenden 309. Seite: Wie ſehr gehet die römiſche Kirche hievon ab! .... Die römiſche Kirche giebet neue Glaubens-Lehren, ſie giebet neue Lebens-Geſetze, und

zwinget

Sæcul. XII. A.C. 1146.

Tum ſuam epiſtolam ſic proſequitur: *Ad aures tuas, niſi fallor, pervenerit, Sancte Pater, quod me in Carnotenſi Concilio*

---

zwinget diejenigen, die ihren neuen Geſetzen nicht folgen wollen. Dieſe Herrſchaft iſt den Geiſtlichen völlig abgeſprochen.

Antwort. In dieſen kurzen Worten beleidiget Windheim dreymal die offenbare Wahrheit. Wir wollen eines nach dem andern beurtheilen. Es heiſſet: Die römiſche Kirche giebet neue Glaubens-Lehren. Dieſes Vorgeben hat keinen Grund. Sondern wenn ein Zank, oder Ketzerey in Glaubens-Sachen entſtanden iſt, ſo hat die römiſche Kirche diejenige Lehre, welche man von JEſu Chriſti Zeiten an, wo nicht ſo ausdrücklich, jedoch hauptſächlich zu glauben ſchuldig war, erläutert, und erkläret, aber keine neue Lehre vorgetragen, welches auch weder erlaubt noch möglich iſt. Wer anders von der römiſchen Kirche redet oder denket, der weiß einmal nicht, was man in der römiſchen Kirche lehre. Es hat auch niemal ein Proteſtant das Vorgeben Mosheim oder ſeines Auslegers erweiſen können.

Wenn aber die Gewalt, bey ſich ereignenden Falle, einen Ausſpruch zu geben, in der römiſchen Kirche nicht wäre ausgeübet worden, ſo hätte zur Zeit der Arianer niemand mehr gewußt, ob JEſus Chriſtus wahrer GOtt ſeye, oder nicht. Daher klinget es ſehr lächerlich, wenn Mosheim und Windheim ein allgemeines Kirchen-Recht der Proteſtanten ſchmieden wollen, da doch keine Kirche der Proteſtanten an den Ausſpruch oder an die

Lehre

Sæcul. XII. A.C. 1146.

*cilio (quod ſatis mirari non poſſum) Ducem & Principem militiæ elegerint. Sed certiſſimum habe, id nec meo conſilio, volun-*

Lehre einer andern gebunden iſt. Ein ſolcher würde in Engeland einen ſchlechten Lohn empfangen, der öffentlich predigte die Proteſtanten in Engeland wären ſchuldig eben dieſes zu glauben, zum Exempel von der Freyheit des Menſchen, von dem Abendmale, und dergleichen mehr, und die heilige Schrift in Glaubens-Sachen eben ſo auszulegen als es die Proteſtanten in Deutſchland, in Schweden, in der Schweiz, in Rußland, in Holland, in Ungarn, oder in Griechenland, thun, denn alle dieſe proteſtiren wider die römiſche Kirche. Es hat keine proteſtantiſche Kirche die Gewalt einen allgemeinen Ausſpruch in der Lehre zu ertheilen, darum glaubet auch eine jede Kirche was ſie will. Hingegen glauben die Katholiken, ſie mögen nun in Deutſchland, in Welſchland, in Schweden, in Engeland in der Schweiz in Rußland, im Aufgange oder im Niedergange der Sonne wohnen, eben dasjenige was man in der römiſchen Kirche glaubet, oder ſie ſind keine Rechtglaubige mehr. Da haben wir die Einigkeit im Glauben, ein unfehlbares Zeichen der Wahrheit, welches die Proteſtanten nicht haben, und ſich nicht einmal darum bekümmern.

Zweytens ſaget Windheim: Die römiſche Kirche giebet neue Lebens-Geſetze. Antwort, dieſes Vorgeben iſt wiederum ungegründet. Es ſind in der römiſchen Kirche keine Geſetze im eigentlichen Verſtande, wenn man ſolche mit den Geſetzen

*voluntate aut conſenſu ullatenus factum.* Sæcul. XII.
*Nec ſi vellem, ulla ratione, virium mea-* A.C. 1146.
*rum utique non neſcius, illuc pervenire poſſem*

Geſetzen der Kayſer oder Königen gegen einander hält, ſondern nur Kirchen-Verordnungen, ohne welche keine geiſtliche und Kirchen-Geſellſchaft beſtehen kann. Dieſe Verordnungen ſind nicht neu, ſondern in der Heil. Schrift, und in den allerälteſten Zeiten der Kirche, gegründet.

Drittens, iſt auch dieſes wider die Wahrheit hingeſchrieben, daß man in der römiſchen Kirche die Glaubigen zwinge neue Geſetze zu halten. Denn dieſe Geſetze betreffen entweder den Glauben, und da ſind ſie nicht neue, ſondern ſie erklären den alten Glauben, oder ſie gehören zu der Kirchen-Zucht, welche ſich insgemein auf die alleräelteſte Zeiten gründet, oder doch zu ſolchen Dingen, welche die allgemeine Kirche, nach Geſtalt der Sachen, ändern kann. So iſt auch in der römiſchen Kirche kein Zwang, als der Kirchenbann, und andere geiſtliche Cenſuren, welches wir aus den Schriften des Heil. Paulus gelernet haben, und werden heut zu Tage ſelten gebrauchet. Die Gottesgelehrten, wenn ſie ſagen dieſes oder jenes ſey eine Sünde, zwingen niemand, weil man ihren Meynungen folgen kann, oder ſolche verwerfen. Endlich wenn auch jemand des allergröſten Verbrechens in einem geiſtlichen Gerichte überführet worden; ſo wird er doch nicht nur allein nicht am Halſe ſondern auch nicht einmahl an einem Finger abgeſtrafet, man überliefert ihn der weltlichen Gewalt, und wenn der

Sæcul. XII. A.C. 1146. *poſſem. Quis ego ſum, ut militem in ordines ire jubeam, & ante aciem procedam? aut quid tam remotum a Monacho, etiamſi vires ſuppeterent, etiamſi peritia non deeſſet. Obſecro per illam caritatem, quam mihi debes, ne me voluntati hominum trade, ſed Dei voluntatem exquire.* In alia epiſtola, ad Papam eodem anno data, quanto ſucceſſu Fidelibus Sacræ militiæ nomen dare perſuaſerit, ſignificat in hunc modum: *Juſſiſti, & ego obedivi. Porro tua auctoritate ſuffulta mea obedientia usque adeo profuit, ut urbes arcesque ab incolis deſertæ videantur, jamque ubique viduæ, necdum elatis maritis, conſpiciantur.*

Ep. 324.

S. Bernardus Epiſtolam circularem quoque dedit, quibus Fideles ad ſacrum bellum movendum accenderet. Hæ in diverſis Exemplaribus ad Germanos, ad Anglos, ad Longobardos directæ inveniuntur. Aliamque in eundem ferme modum a Notario ſuo Nicolao, ſpeciatim Comitibus & Dynaſtis Britanniæ inſcriptam, exarari juſſit. In majoris epiſtolæ circularis exordio Locorum Sacrorum in Palæſtina Dignitatem extollit, & pe-

Ep. 365. al. 322.

der Landes-Fürſt nicht will, ſo kann er weder des Lebens noch ſeiner Güter beraubet werden.

Alſo ſchreiben Mosheim und Windheim manches hin, welches mit der Wahrheit nicht beſteht, und ſie nicht erweiſen können.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

& periculum, ne iterum ab Infidelibus victoribus profanentur; tumque quantum utilitatis Cruciata expeditio Chriſtianis afferat, exponit in hæc verba: *Quot peccatores, qui Hieroſolymæ inter lacrymas crimina ſua confeſſi ſunt, veniam impetrare meruerunt, ex quo Patrum veſtrorum pietas & fortitudo e loco ſancto paganos ejecit? intuentur hoc Eccleſiæ hoſtes, & ringuntur.* Tum paulo infra: *Numquid ſacrum hoc bellum eſt occaſio Salutis pretioſa, & inventum altiſſima Dei Sapientia ac Bonitate dignum cum homicidæ, fures, adulteri, perjuri, homines omni ſcelerum genere polluti, ad æterni Numinis obſequium vocantur? Deus debitor veſter eſſe cupit, quibus in mercedem laboris veniam peccatorum, & gloriam cœleſtem reddat.* Omnes deinde S. Abbas hortatur, ne inpoſterum Chriſtiani contra Chriſtianos arma vertant, in perniciem animarum ſuarum, & fortiſſimi animi robur rixis noxiis conſumant. Mentionem quoque facit de Indulgentia Cruciatis conceſſa, qua omnium peccatorum ſuorum remiſſionem, ſi ea corde contrito confeſſi fuerint, obtinere valerent (*). Sæcul. XII. A.C. 1146.

§. XV.

(*) *Si ea corde contrito confeſſi fuerint.* Dieſe Worte des Heil. Bernardus überführen den Lutheriſchen Ueberſetzer des Herrn Fleury einer Unwahrheit, da er in der Vorrede zum erſten Theil unver-